



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Quartum

**González Téllez, Emanuel
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Caput VI. (a) Cœlestinus III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74533](#)

oblatum, matrimonium contrahat, quām fornicationis reatum incurrat, f. t. per A. s. m. si plura non processerint, nec vestem, aut locum mutavit, nec professionem fecit, prædictæ mulieri de fide mentita, & vota (d) violato congruam satisfactionem indices, & ei, cui vult, nubendi in Domino (c) licentiam tribuere non postponas.

N O T Ā.

1. (a) **I**dem.] Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc titul. cap. 2. nullib[us] tamen exceptis, cui rescribat Pontifex, licet cum Episcopo alloqui facilè cognoscatur ex illis verbis, fraternitati tuae, quæ ex communi stylo competunt Episcopo, cap. quam gravi, de criminis falso: notarunt A. Augusti in praesenti, Suarez tom. 3. de relig. lib. 9. cap. 11.
2. (b) **E**remita.] Forsan fratrum Ordinis D. Augustini, qui jam temporibus Alexandri III. sub certa regula vitam agebant, ut probat Marquez in origine Eremi cap. 2. & cap. 14. §. 8. De Eremitis, & eorum statu egi in cap. 2. de testam.
3. (c) **M**anibus suis.] Manu videlicet Eremita, ut exponit Antonius Augusti. b.c.
- (d) **V**oto violato.] Antonius Augustinus in praesenti recte notavit, congruentius legi posse, voto predicto non obstante.
4. (e) **L**icentiam tribuere.] Ex hia verbis deducit Panormitanus in praesenti, num. 6. in casu hujus textus, seu in quolibet alio simili, posse Episcopum dispensare in simplici voto castitatis. Sed contraria sententia verior est, cum Episcopus non possit etiam jure antiquo dispensare in illis tribus votis reservatis Romano Pontifici, castitatis videlicet, religionis, & peregrinationis in Terram sanctam, ut probarunt Azor tom. I. instit. lib. II. cap. 19. q. 3. Basil. de marim. lib. 8. cap. 8. Suarez tom. 3. de relig. lib. 9. cap. 11. Nec contrarium probatur in praesenti textu; nam omis- sis variis interpretationibus dicendum est, Pon- tificem ipsum in hoc casu immediate dispensasse, ideoque ad Episcopum scripsisse, ut licentiam dare non dubitaret, id est non prohiberet talem fœminam nubere. Sic exponit Innocentius IV. illa verba, non postulas id est, non prohibeas; quod non est intelligendum in sensu tantum permis- sivo, sed hoc in sensu, quod Papa dispensando tol- lit impedimentum, propter quod posset Episco- pus tale matrimonium prohibere. Vcl etiam dici potest, Alexandrum III. commissari facultatem dispensandi ipsi Episcopo, ut colligitur ex illis verbis, Fraternitati tuae per Apostolicum Se- dem mandamus. Unde si recte perpendatur praes- tentis textus decisio, potius ex eo deducitur, Episcopum non posse dispensare in voto simplici ca- stitatis, siquidem ideo consultus fuit Alex. III. qui immediate, vel mediate facultate concessa Episcopo dispensavit, ut docuerunt Suarez d. cap. II. num. 7. Barb. in praesenti.

C A P U T VI.

(a) Cœlestinus III.

Rursus quidam, ut dicit, votum castitatis emittens, juravit se quandam ductu- rum postea in uxorem; unde à fraternitate tua resquisisti, consultis viris pru- dentibus, arbitramur, quod cum simplex votum apud Dominum non minus obli- get, quām solenne, pro eo quod temerè juravit, poenitentiam agat, & votum, quod Deo fecit, studeat observare. Quod si postea quām hujusmodi præstitit juramen- tum, ad nuptias jam motu proprio convolasset, cum votum simplex contrahendum matrimonium impedit, non tamen dirimat jam contractum, nihil ambiguitatis tua quæstio continet.

N O T Ā.

1. (a) **C**œlestinus III.] Ita etiam legitur in secun- da collectione, sub hoc titul. cap. 2. ubi ad- ditur pars capituli laudabilem, ut cognoscatur, in

praesenti referri partem textus in cap. laudabilem, de frigidis & malef. & capitulis laudabilibus, ut lire pendent. & capitulis laudabilibus, de convers. infid. qui textus ad eandem epistolam spectant, ut no- tavi in cap. 1. de except.

C A P U T VII.

(a) Idem Ulybulen. & Columbrien. Episc.

In sinuante I. nobili muliere, nostro est Apostolatui reseratum, quod dudum puel- la in annis (b) teneris constituta, M. Sancti accepit in virum, qui ab inimicis crucis Christi fuit paulò post tempore interfectus, post cuius obitum à quibusdam (c) Cu- rialibus fuit Regi (d) Legion. pro relictæ copula (e) supplicatum. Quod cum ad con- sanguineorum ejus notitiam pervenisset, ut maritum acciperet, ei sub attestatione Regia suggesterunt. Ipse vero, quod tunc nollet nubere protestante, consilium accepit